



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

5 de Prohibitione alienationis rerum dotalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

- 2 Emere & vendere aliquando lege apud Spartianum inhonestum.
- 3 & seq. Venditum possit res subiecta restitutioni.
- 4 Restitutions subiecta quoad dotes causas vendi possunt agruato.
- 5 Prae causa gratuita restitutionis subiecta alienari possunt.
- 6 Funeris testatoris causas res subiecta restitutioni alienari potest.

Prohibentur res emi & vendi, vel absolute, vel cum aliquo temperamento, vel a natura, aut a lege, vel ab hominis contractu, vel ultima voluntate, ut alibi annotauimus, in lib. 21. de generalis tractatione conventionum, c. de rebus 4. Hic tamen latius: es vendi & emi prohibitis percurremus. ¶ I. Lycurgus lege sancit apud Spartianus, emere & vendere esse inhonestum: donare autem, vel testamento relinquere licere. Quae lex quia inaequalitatem magnam genuerat in ciuitate, aliis opulentis, aliis pauperibus ob commercia vetita, abolita est, ut cuique, & cuiunque, & quomodo cunque res suas dare permillum esset, Aristot.

lib. 2. Politico, c. 7. ¶ II. Res quae subiecta est restitutioni, vendi non potest in praedictum eius, cui facienda est restitutio: ut in fideicommissio apparet, l. si. sed quia nostra mensura est, C. commu. de lega. siue pure, siue sub conditione impositum sit restituendi onus, §. 1. de restitutio. Et ea quae parit in 11. mensis coll. 4. vide glo. cum reuoc. in l. Marcellus, §. res quae, ad senat. Trebell. Notatur tamen, ut si emtor & venditor ignorauerint restituendi onus, non reuocetur venditio, sed is cui restitutio facienda erat, repetat legitimam eius rei estimationem, l. si. §. si. de leg. 2. Baldus, Cynus, in auct. res quae, communia, de legat. C. Fabianus de monte Sabino, in tract. de emione, questio. 12. questio. 4. principalis. si tamen ipsa ignorantia causam habet a facto testatoris. Similiter quoque, receptum, ut si propter dotes filiarum testatoris, vel ob donationes propter nuptias, vel alimentorum eam causam fiat editio, tanquam licita probetur, authentica res quae, C. commu. de legat. athen. contrarogatus, C. ad senat. Trebell. l. mulier, 2. §. cum proponeretur, eod. in ad Trebell. l. sed et si legat. §. quod autem eod. ad Trebell.

¶ Quod si locum non obtinet in dote constituenda liberis descendentibus ex feminis praemortuis, & onus restituendi imponentibus, quia regulariter officium mariti non est, dotare filias, l. neque mater, C. de iure dot. Sicque notant interpretes, in l. si dotale, C. ad senat. Trebell. Ita filia gratuita a patre de restituendo, non poterit pro filia sua, ex bonis subiectis restitutioni dotem constituere, ut ait Bartolus, in l. a filia 62. ad Trebell. P. quia non sequitur matris sed patris familiam, l. sine autem agnati, de legitima agnati. Atque quod dictum est licet: & subiecta restitutioni, per filium in dotem constituere, adhuc verum ratum est, quando prohibitio fit a patre in ultima voluntate, ubi latius placita explicantur, & extensionem vel ab seu interpretationem accipiunt: non autem si res restituenda esset ex coe acta, in quo nec fauore dotis admittitur ea interpretatio, Bald. in l. nulla lege, per glo. ibi postquam, de iur. dot. C. quod contractus ex conuentione legem accipiant, l. 1. §. conuentus deposit. P. & ex duorum vel plurimum consensu quae ex pactione restituenda sunt, habent prohibitionem, arg. l. 1. de pact. l. pactum, de pollic. in P. ut in praedictum alterius illorum, inuitis aliquibus non possunt immutari, l. nihil tam naturale, de reg. iur. Cui tamen vltima voluntas ex viuis pendeat arbitrio, l. illa institutio, §. l. captatoria, de hered. instit. in P. cum similit. & ex mente illius praesumptionem admittat, testantem semper dilexisse descendentes: & si illorum inopiam cogitasset, illis prospexisse, potissimum substitutis extraneis, quos verissimiliter non praetulisset, l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, leg. cum auus de condit. & demonstr. l. generaliter, §. cum autem, de instit. sub condit. fact.

¶ Proinde et eadem praesumptione, fauore pie causae & vt impleri possit voluntas testatoris in ea, placuit restitutioni subiecta alienari posse, l. quidam 25. §. si. ad senat. Trebell. quia haec causa ad testatorem pertinet, siue salutem animae, siue implementum mandatorum testamento coe templetur, cum interit defunctorum supremam eorum iudicium impleri, l. vel negare, quemad. seba. aperian. ¶ Vt & funeris causa permilla est diminutio & distractio hereditatis, quae habet restitutionem, etiam non praebita cautione, l. diuus Pius, de petito. hered. l. scriptus heres de religio. §. sumi, funer. P. Atque res quae ex necessitate praecedenti alienantur, non imputatur in quartam: nisi contineantur in quod protentur, ex illa alienatione in utilitatem heredis, tunc enim alienatio redderetur iniusta glo. in l. Marcellus, §. res quae, & ibi Bart. Paul. Alex. seq. ad Senat. Trebell. Hac ratione ex necessaria causa, &

fauore ipsius testatoris, res suppositae per eum restitutioni, vendi per creditores eius possunt: sed uato iuris ordine, ad dissoluitur ad alienum in praedictum fideicommissi, l. filius, mittas, §. diui de lega. 2. l. si fundum per fideicommissum, de lega. 1. l. 1. §. 2. C. de bitorem venditionem pigno. impedire non poss. Bald. in l. voluntatis, C. de fideicom. Tantum enim solum in bonis habere videtur testator, quantum superest deducto ere alieno, & in illis solum legem dicere potest, l. subscritum, §. bona, P. de verb. sign. Ut & ob res alienum patris minorum bona, alioquin inalienabilia, recte vendi possunt, l. ob res alienum 20. de preb. & alio reb. minor. C. lib. 5. tit. 8. Quin & is, cui restitutio facienda est, pro parte eius quod ex hereditate consequitur, ad res alienum testatoris dissoluitur teneatur, l. 2. ad Trebellia. C. l. 1. §. si eod. in P. Ceterum obseruandum est, prohibitionem alienationis ob fideicommissi restitutionem intelligi debere venditionem vel alienationem ita demum impedire, si tempore restitutionis faciendae valere possit. Nam si sub conditione fiduciaria fiat institutio, pendente conditione, valebit alienatio & emtio, ratione fructuum, qui non sunt restituendi, medio tempore percepti, leg. 1. §. si autem sub conditione, commun. de legat. C. §. quamobrem, de restitutio. Et ea quae parit in 11. mensis in Authen. adueniente autem tempore restitutionis, alienatum restituendum in pristinum redit statum, l. si fundum 104. de conditio. & demonstratio. P. l. si is cui, 11. §. fin. quemadmodum. serui. amitta. l. seruo legato 72. §. 1. de lega. 1. l. Marcellus, §. res quae, ad Senat. Consultum Trebellian. Et resolutio iurisdantis, resoluitur ius accipientis, in leg. lex veltigal fundo, de pignori. Neque tamen prohibita rei alienatione, censetur prohibita fructuum eius rei distractio, leg. codicillis, 91. §. cum institutio, de legat. secundum, leg. in edibus, §. ex rebus, de donatio. P. nisi si sine temporis praescriptione, vel in perpetuum fructus alienati essent: quia illa censetur rei alienatio, l. 1. §. quod autem ait, de sepeficiob. Alioquin autem res poterit alii quoque obnoxia, alienari cum onere suo, & saluo iure aliorum, l. 1. C. rem alien. gerentibus non interdici, rerum suar. aliena. l. nihil proponi, 123. de leg. 1. l. item Labeo, §. 1. famil. eriscund. P. l. 1. de fund. parim. lib. 11. C. ex literis, cum similit. ibi nota. de pign. Res quoque aliquando postea restituenda mobiles, quae seruando seruari non possunt, vendi possunt, nec prohibitione generaliter alienandi facta continentur, l. diuus, de petito. hered. l. pro herede, §. 1. vers. proinde, de acquir. in heredita. Huius generis sunt res, quae tempore percunt & facile corrumpuntur, ut fructus & similia, quae etiam procurator sine speciali mandato potest distrahere, leg. procurator intorum de procurator. in P. l. si aduer. vend. C. Item res attrita, & superflua, l. lex qua iutores, de admin. iur. C. l. fin. quando de creto opus non est. Possunt & res fideicommissi oneratae, immobiles, alienari, vendi & distrahi, consentientibus illis, quorum fauore fideicommissum factum est, l. cum pater, §. liberis, de legat. 2. l. nihil, §. omnibus de lega. 1. l. quoties 11. C. de fideicommissis, cum cuique suum beneficium citra liceat, l. si quis in conscribendo, C. de pact. siue expresse, siue tacite, distinctione legis adhibita, de qua in l. si fundum 94. de leg. 1.

De Prohibitione alienationis rerum Dotatum. Cap. 5.

- 1 & seq. Dotales res mobiles, aut immobiles quando alienari possunt.
- 2 & seq. Maritus pauper an possit res dotales mobiles distrahere sine cautione.
- 3 Dotales res in aestimata marito data, cuius periculo intereant, an maritus aut uxoris.
- 4 Vestis aestimata data uxori, in dotem est, & teritur periculo mariti.
- 5 Dotales immobiles res, in aestimata, non possunt a marito vendi, sed num consentientibus uxoris possunt.
- 6 Dotales res aenata a marito & uxore repeti potest.
- 7 Dotales res quibus casibus pendente matrimonio, alienari & repeti possunt.
- 8 Dotales res aestimata a marito quomodo vendi possunt.
- 9 Donata propter nuptias immobilis an alienari a marito, consentiente etiam uxore, possunt.

¶ In quaestione quotidiana, an res dotales quae subiectae sunt restitutioni, possunt alienari, distinguendum censet: an ille sunt mobiles, an immobiles. Rursum num immobiles datae aestimatae, an sine aestimatione. Et iterum si mobiles in dotem dantur, an ex eorum genere sint, quae functionem in specie accipiant, id est, quae contentum meto, pondere, aut mensura, an contra. De

